



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

116 Consuetudo unius provinciae non extenditur ad alias.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

ere<sup>t</sup>is indulgentiam plenariam perpe-  
tuam rationibus, & causis, de quibus in  
litteris Apost. de super expeditis fuit à me  
quaesitum, an omnia altaria sub eodem  
titulo post canonizationem ere<sup>t</sup>a dicto  
privilegio gaudeant, unde vissi litteris  
Apost. illisque diligenter consideratis, re-  
spondi ex lectura proœmij earundem literarum  
constare de mente Pap<sup>x</sup> concedentis. Narratur etenim, quod in Regno  
Poloniæ à quā plurimis personis pīs in  
honorem ejusdem S. Hyacinti, valde ante  
illius canonizationem fuerant ere<sup>t</sup>a al-  
taria, apud quā preces fundebantur, ejus-  
que nomen colebatur, qua propter, ex-  
positis pluribus miraculis, quā ut pīe cre-  
ditur ejusdem Sancti intercessione fuerūt  
operata, eadem altaria ere<sup>t</sup>a in partibus  
illis ab Urbe longinquis dicto Indul. plen.  
privilegio perpetuo donavit. Id clare  
ostendit proœmium in quo tantummodo  
de altarib<sup>u</sup> in illo Regno ante canoniza-  
tionem ejusdem Sancti ere<sup>t</sup>is verbū ha-  
bentur. Nam † proœmium causam finalē  
indicit, l. s. & ibi Bar. nu. 3. ff. de  
bar. inst. Ias. int. si factio, quo p̄nam, nu.  
14. C. de pac<sup>t</sup>. & Paris. conf. 56. num. 24.  
vol. 4 Præterea verba litterarum sunt cla-  
ra, quibus conceditur indulgentia plena-  
ria altaribus ere<sup>t</sup>is, disponunt enim per  
verba † præteriti temporis, quā trahi  
non possunt ad altiora in futurum erigen-  
da, l. quedam non referuntur, ff. de jur.  
codicil. l. sita legatum, ff. de aur. & arg.  
leg. & Bar. in l. talis scriptura, §. hanc au-  
tem, num. 1. vers oppone secundo, ff. de legi  
Et cuique est notissimum, nunquam  
concessam fuisse indulgentiam plena-  
riam omnibus altaribus sub invoca-  
tione cuius Sancti erigendis, nec al-

taribus Beatissimæ, semperque Virgini  
Mariæ, quæ alijs omnibus Sanctis tot,  
tantisque meritis excellit. Vnde nec in-  
terpretandum est, hujusmodi indulgen-  
tiā altaribus sub invocatione prædicti  
erigendis fuisse concessam, quia, cū in  
litteris legatur altaribus ere<sup>t</sup>is, non au-  
tem erigendis, quod scriptura non dicit,  
nec nos dicere debemus & ab illius ver-  
bis non est recedendum l. prospexit, ff.  
qui, & à quibus.

† Nec specialiter concessa in Regno  
Poloniæ extenditur ad alia Regna, &  
Provincias, quia consuetudo unius Pro-  
vinciæ ad alias non extenditur, Burat.  
conf. 311. n. 7. & Ondend. conf. 101. num.  
38. vol. 1.

Indulgentiæ, & alia † spirituales gra-  
tia, ad indulta eidem confraternitatibus  
concessi ab Ordinatione lectorum, ad-  
hibitis duobus de ejusdem, ut supradic-  
tum fuit, ecclesiæ capitulo, sunt recog-  
noscendæ juxta sacri concilii Trid. di-  
positionem, ut in cap. 9. de reform. ss.  
21.

Nec aliquis † sine Ordinariorum licen-  
tia, vel auctoritate, potest eas publicare,  
non obstante quacunque exemptione,  
etiam si sint regulares, aut in ecclesiis ip-  
orum regularium, nec prætextu privile-  
giorum, etiam confraternitates rosarij,  
ut per sacram congreg. super ead. c. 9.  
fuit decisum in decisi. que incipit deinceps,  
& alia decisi. super cap. 5. siff. 22. de refor.  
incip. nemo poterit.

Cœterum † dicta decisio procedit,  
quoad indulgentias, quæ de novo con-  
ceduntur. Antiquas vero à summis  
Pontificibus regularibus concessas usu  
receptas, & non revocatas, possunt  
ijdem